Bureus, Johannes

# Adul-runa redi-viva Fa 21

1642

# EOD – Miljoner böcker bara en knapptryckning bort. I mer än 10 europeiska länder!



**Tack för att du väljer EOD!**

Europeiska bibliotek har miljontals böcker från 1400- till 1900-talet i sina samlingar. Alla dessa böcker går nu att få som e-böcker – de är bara ett musklick bort. Sök i katalogen från något av biblioteken i eBooks on Demand- nätverket (EOD) och beställ boken som e-bok – tillgängligt från hela världen, 24 timmar per dag och 7 dagar i veckan. Boken digitaliseras och blir tillgänglig för dig som e-bok.

# EOD bokens fördelar!

- Få samma utseende och känsla som med originalet!
- Använd ditt standardprogram för att läsa boken på skärmen, zooma och navigera genom boken.
- Skriv ut enstaka sidor eller hela boken.
- *Sök*: Använd fulltextsökning för enskilda fraser.
- *Klipp & klistra*: Kopiera bilder och delar av texten till andra applikationer (t.ex. ordbehandlingsprogram).

# Villkor för användning

Genom att använda EOD-tjänsten accepterar du de villkor som ställs av biblioteket som äger den aktuella boken.

- Villkoren på svenska: http://books2ebooks.eu/odm/html/nls/sv/agb.html

# Fler e-böcker

Redan nu erbjuder 30 bibliotek från 12 europeiska länder denna service.
Mer information finns tillgängliga via http://books2ebooks.eulla boken.

- http://search.books2ebooks.eu/




~~113~~ ~~119~~ ~~N. 10~~



som var på Svenska och i 8:o, upptagen i Inventarium 1812.

Är Bures egenhändiga handskrift, hvilken man låtit insätta i ett af M. G. de la Gardies gamla band (till Meibom de Cerevisio et Vino, Helmst. 1668). — Var länge ansedd som förlorad, men återfanns på ~~K. Lg Bibliothekarien~~ Wallmarks auktion, och ~~återtogs~~ 13/12 1859.

NB sista sidan Latinsk redaktion
af Runa Redux.



# ADVL-RVNA REDI-VIVA,

SEV

# SAPIENTIA S·VEORVM VETERVM,

DE

## PHILANTHROPIA DIVINA.

1642

MANVDVCTIO CERTISSIMA

AD

SVETHICORVM CHARACTERVM
originem eruendam et eorum CABA
LAM exstruendam
quam olim

BIRGERI TITI-FILII, TI,,
undiensium Legiferi operâ investi,,
gatam, postea longa temporum inter,
capedine, inundante Paga,,
nismo, suffocatam;
Nunc divinâ favente Gratiâ, Anno Æræ Christianæ,
ADVLRVNAMA^oL, 1610.
refocillatam.
In S.S. Triunitatis et ejus individuæ Majestatis Glo-
riam, et Patriæ dulcissimæ honorem,
primò Latino idiomate,
Anno Christi,
VERITATE M REDVCENTIS. 1612
Nuper
Gentilitia dialecto,
Crucifixi anno,
ADILRVNAMÂL, 1606
Præeunte IVDICVM
IVDICIVM,
Consignatam, à
IOHANNE T. A. BVREO.
Novissimè
Anno Christi nati,
1642,
Publici juris fecit
ISAACVS SICREN. HOLMÊSIS

Mi lector, positis ante fores parum
Curis, hic requiesce, et caput erigens
Adsta; nam nova res, rara sed utilis.
Grata an sit Geticis omnibus, haud reor?
Mystes hic Sveticis est Atavis satus
Qui in lucem redivivus ruit ex solo:
Non fictæ Dryadum relligionis est
Hermes: Nec tibi pandit Veneris sacra;
Sed cœli Domini mystica dogmata
Quæ nostris Atavis Noacha protulit
Secta, altis resident sub penetralibus.
Priscis dicor Apellis, CABALA, agnita
Vplandis Sveonum, et nobilis antea.
Haud dignor facilis cedere Jetziræ.
Nec multis veneror dicta Sibyllina,
ADULRUNA mihi nomen et omen est.
RUNArum labyrinthum resero abditum,
Quæ primum Sveticis sunt genitæ plagis
Vicinisque Gothis post quoque cognitæ,
Hinc Cimbris, alys gentibus hospitæ.
VESALÆ Sveonum jure mihi thronum
Elegi, et propriam nunc veneror domum.
Num pellar Statione Vrbeq; non feram.
Invitam bone, quo trudere vis, citò

Dic sodes? tua devinc compita non sequar.
Tentas? Haud ego Vermiger! Ah miser
Quem vellit mala mens? Vertere et adspice
Sponsum, qui thalamo progreditur scitus,
Convivis sua bellaria cœlica
Offert; Hic precibus thure litabitur.
Sis supplex Neonymphæ, Lege me, tere,
Bis terve, à Domino cætera quærito,
Id Lector facito; Hinc vive, vale diu.



# THEOLOGIAM SVETHICAM PRIMITIVAM,

# CABALAM VPSALICAM

SEV


DOCTRINAM HIEROGLYPHICAM
SIBYLLINÆ ÆMVLAM
OFFERIMVS
DE
PRÆCIPVIS MYSTERIIS

## ALPHABETHI
TRIVM CORONARVM
REGNI VPSALICI

Per Gothiam in Daniam et NORVEgiam et cæteras nationes successivis seculis divulgati

TV
Oblatam Sponsi Gratiam,
Grata mente amplectere,
In summi Patris Gloriam,
Et Sponsæ lubens commodum,
Vsu salubri vertito.

PS. 146: 20.
Haud fecit sic omni Genti, et
iudicia non cognoscent
ea.


6

Discipulorum Domini nostri charissi., mus Johannes Evangelista præcipiti judicio id laudi sibi putans duci, dum ait: Mar. 9:37.

Rabbi vidimus quendam in nomine tuo dæ., monia ejicientem, et nobiscum non versantem; et prohibuimus eum, eo quod nos non sequitur.

Selectissimus Mosis minister Josua, audiens Eldad et Medad in castris prophetantes, dixit: Nu. 11:28.

Domine mi Moses, prohibe eos vaticinari.

Sic horum similes hodie regerentes: Habe., mus Mosen et Prophetas: Adulrunæ seu Etrurici Scripti cognitione haud egemus: Id responsi ut hi referent. Nunquid hi mysteriorum Divinorum sagaciores Mose, non repudiante vel spernente Gentilis Bileami, de Christo, vati., cinium, idqs:

Videbo eum, sed non modo; Intuebor eum sed non prope: Procedit Stella ex Jaacob, et surget virga de Israel, et trans figet Angulos Moab. et destruet omnes filios Set. Num. 24. 17.

Et de Jaacob erit qui dominabitur, et perdere faciet superstitem de civitate. v. 19.

Quibus verbis nos ut aliis Sacræ Scrip.ræ dictis an., hærenticis constanter adhærebimus.

Magos Orientis credidisse, nec sua spe excidisse certo comperimus.

Mosen Arabis Jobi, extra pomeria Israëlitica degentis, librum Hebraico idiomate donasse deprehendimus.

Distantibus temporum intervallis, in ipso Paganismo, reperti sunt homines numero plures qui Dei Trinuni et filij eius in carnem venturi, Scientia delibuti fuere; Etenim quid Sibyllarum (quæ prisca nostrâ linguâ Adulrunæ, nuncupantur) Scripta sibi velint, quam Deum verum Satorem et Creatorem omnium, religioso adorationis cultu esse prosequendum: Mortaliumque vitam omnem ad Dei voluntatem ceu Cynosuram, componendam; Vltimo pro meritis suis cuique obedientium perenni gloria; immorigerorum verò perpetuâ torturâ, compensatum iri.

Sibyllæ

Prætereà Nomen filij Dei (quod in Proverbijs Salomonis subticetur) non solum in Sex Græcorum Literis, numerum 888 latenter includentibus. Sed et in 34 Græcorum versuum capitibus inclusum, evidenter cernitur, quorum hæc est Series:

ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΕΙΣΤΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΣ ΣΩΤΗΡ, ΣΤΑΥΡΟΣ.

Quæ

Quæ Latina phrasi sonant:

IESUS CHRISTUS DEI FILIUS SALVATOR,

CRUX.

Hæc Græca nomina, sub involucro vocis A-CHROSTICHIS, ipsi Ciceroni, annos 50, ante Christum natum, denato, uti et Ennio 100 annos Ciceronem antevertenti, innotuerunt.

Cicero in libro de Divinatione id memoriæ prodidit:

Atque in Sibyllinis ex primo versu cujusque sententiæ, primis literis illius Sententiæ carmen omne prætexitur.

Mercurium, quem Greci Trismegistum appellant, Gentibus Sacræ et tremendæ Triados mysterium enucleasse primum, censet Suidas, is in suo Pimandro, quem orsus est a mundi primordiis, sua Secreta à majoribus suis Cælo et Saturno, quorum appellatione Noachus et filius ejus Chamus, dignantur, hausisse fatetur, de Sacra Triunitate hæc literis relinquens: Mercurius.

Fuit lumen intelligens ante lumen intelligens et fuit semper Mens Mentis lucida, et nihil aliud fuit hujus Veritas et Spiritus, omnia continens extra hunc non est Deus, non Angelus, non essentia ulla

ulla alia.

Obtestor te cælum magni Dei sapiens opus. Obtestor te vocem Patris quam loquutus est primum cum omnem mundum formavit. Obtestor te per unigenitum Verbum et Spiritum omnia continentem miserere mei miserere. Hæc Suidas.

Et cap. 1. Pimandri sequentia inveniuntur: Mens autem Deus utriusque sexus fœcunditate plenissimus, Vita et Lux cum Verbo suo, Mentem alteram opificem peperit: qui quidem Deus "ignis" atque Spiritus Numen.

Cap. 13 dicti libri. Idem filio suo Tatio, ad quæstionem: Quis Regenerationis esset author? Respondit: Filius Dei, Homo, unius voluntate Dei.

Janus Jacobus Boissardus in lib. de Divinatione citat ex Lactantio verba Trismegisti: Filium altissimi in carnem venturum, et lytrum Redemtionis pro bonis soluturum, rotundo ore profitentis.

Zoroaster

Abrahamo contemporaneus Zoroaster, a Florentino Vigorniensi Thoraster dictus, Rex Bactrianorum (quos Gothos esse colligo, quod ex Getero Arami filio Semi nepote, originem ducerent referente Josepho) Tempore Alexandri magni horum Rex erat Clitus, docente Curtio, qui

numismatibus suis Characteres Runicos impressit, sicut constat

Præfatus Zoraster libri sui cap. 1. hæc posteris prodit:

Vbi est Vnitas Paterna? Multiplicata est Vnitas et generavit Duo: Dualitas enim apud eum sedet, et intelligibilibus portionibus fulget cunctaque gubernat ac ordinat quodlibet inordinatum. Totoq. in mundo splendet Trinitas cujus Princeps est Vnitas.

Et cap. 2. Cuncta perfecit Pater et tradidit Menti Secundæ. Prognata Patre Lux inseruit omnibus vinculum flagrantis Amoris, quo in infinitum perdurent mutuiter se amantia.

Cap. 10. Cuncta comprehendens Paterna mens, Seminavit in Animis Amore profundo eas replens. Imposuit enim Mentem in Anima, In corpore verò HOS reposuit Hominum Pater atq. Deorum.

Vbi Tres in homine Essentias ponit, Secundum Mosen Gen. 1:27 Paulum 1 Thes. 5:23. et Joh. Theol. 9:18.

Orpheus

ORFEUS filius Œagri Regis Thracum (inter quos olim sedem fortunarum suarum posuere Gothi) Hos Herodotus Athanatizontas seu Thracas immortalitate donantes nominat. Eum Geticum vatem quidā vocant ut Versus a Ravisio citatus subinūit

Cerberus auditâ Getici testudine vatis.

Hujus meminit Seneca hunc in modum:

Æternum fieri nihil;
Hæc Orfeus cecinit Getis,
Leges in Superos datas.
Quod natum est, poterit mori,
Vati credere Thracio,
Devictus jubet Hercules.

Orfei Scripta contra Gentes retundendas Adducit Arnobius hac ratione:

Libros sumant Threjicij vatis quos esse memorant antiquitatis Divinæ.

Ejusdem verba ad filium suum Museum, transmissa apud Justinum Martyrem; extant:

Tu Verbum adspiciens Divinum hærescere numquam
Desine huc mentem verte, huc cor dirige rectum
Insistensq. viam, mundi regem adspice solum
Ex se unus genitus: genita et sunt omnia ab uno

Ver

Versaturque in eis ipse: ex mortalibus ullus
Non videt hunc: contra sed cunctos lumie cernit.

De Mundi totius ætate, ita verba eius apud Platonem iacent:

Ætate in sexta cessabit machina mundi.

Hic 317 annis major Eliâ quem Judei primum Pānoletriam mundi prædixisse autumant.

Orfei versus Christi Incarnationem hunc in modum recenset Clemens Alexandrinus:

Vnigenam præter cui derivatur origo,
Caldeûm de Gente, via huic nam cognita cæli.

Anno Christi 779, repertam in Thracia apud muros illos longos, sub funeris cuiusdam cippo tabulam hunc in modum sonantem:

Christus è virgine nascetur, in eum credo: Constantino et Irene imperantib. Sol me rursum videbis:

Vt meminit Cedrenus.

De PLATONE 337 ante natum Christum defuncto, legitur apud Justinum Martyrem in ejus Apologia, Cæsari Antonino ethnico, exhibita, quâ Græcam literam X Christi crucis mysterium præsignasse asseritur, Inque ejusdem rei astruendæ fidem adducitur Platonis authoritas, de Christo, in suo Timeo, ita disserentis: Plato

Deum

Deum in mundo filium suum instar X literæ po-suisse.
Platonem introducit Boetius hunc in modum: In tumulo Platonis repertam fuisse laminam auream, in qua scriptum fuerat: Credo in Filiū Dei nasciturum de Virgine.

Huc faciunt verba Alberti Krantzij in suæ Metropolis libro 8. cap. 34. quorum tenor sic est: Hoc tempore circa An. CS. 1270. quidam Iudeus in Hispania cum scinderet rupem vineæ suæ imminentem, ut amplificaret vineam, et Solem admitteret; Fertur in concavitate rupis reperisse librum: Cum tamen nullum antea scissionis in rupe signum invenisset, sed solidam scidisset. Erat liber ex membranis aut linteo, ut olim, sed velut ligneis tabulis compaginatus, qui tribus linguis, Græca, Hebræa et Latina scripturam haberet, qui magnitudinem æquaret Psalterij: et loquebatur de Triplici Mundo ab Adam ad Antichristum. Proprietates vero et conditiones hominum de unoquoque mundo discrevit. Principium Tertij Mundi sic orsus est: Filius Dei nascetur ex Maria virgine, pro Salute hominum patietur. etc.

Erat quoque scriptum in eodem libro, quod tempore Ferdinandi regis liber ille inveniendus prodiret in publicum.

VIRGILIUS in Ecloga 4 hoc tenore canit.

Ultima Cumei venit IAM Carminis ætas.
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam nova progenies cælo demittitur alto,
Chara Deûm soboles, magnum JOVIS incremētum
Aspice convexo nutantem pondere mundum
Terras, tractusq; maris, cælumq̄ue profundum
Aspice venturo lætentur ut omnia Seclo.

Hic sua Carmina publici iuris fecit Augusto ad imperij culmen sublimato, sub quo postea natus est Christus. Ex ter repetita voce IAM, liquet Virgilium expectasse CHrūm cælestem illum Herculem, qui Draconē interfecturus et peccatum ceu Augiæ Stabulum purgaturus esset, uti ibidem sequentia monent.

SIGNUM CRUCIS Ethnicis usui fuisse, non modo Justinus ex Platone superius memorato, Sed et Tertullianus in sua Apologia et Minutius Felix in Octaviano, circa æram Christi 230, uno ore testantur Paganos infensos Crucis hostes, eius Simulachrum nihilominus tempore velitationis et conflic

tus

tūs, in suis vexillis quæ Labara, et Cantabra ap, pellavere, adhibuisse, documento est.

. Socrates libro 9 Historiæ Tripartitæ cap. 29. inquit: Anno Salutis 390 Deleto funditus Serapis Fano in Alexandria Ægypti, inter cætera Idolo sacra, ta Crucis effigiem lapidibus incisam invenere Christi, ani quibus admirantibus et sciscitantibus, responde, runt Sacrificuli: Simulachrum Crucis esse super venturæ et melioris vitæ prodromum. (quod, me judice, Christum in procinctu esse, ad patiendum et suos carceri mancipatos liberandum, notat) dixe, runtque, apparente Crucis Charactere, Fanum Serapis cum toto suo (fanatico) cultu finem habiturum.

HIERONYMUS cum ei vitio verteretur, quod sacros suos codices lacunis profanorum conspurcaret, intro, ducit non Mosen (modo in principio relatum de Bi, leamo) Sed et Paulum allegantem hæc Gentilium Scripta, ut pote, Epimenidis, 1 Tit 1:12.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ven, tres pigri.

Menandri, 1 Cor. 15:33.

Corrumpunt bonos mores colloquia prava.

Arati, Act. 17:28.


In ipso enim vivimus movemur et sumus, Ipsius enim et genus sumus.

Idem Hieronymus 38 Patres Grecos et 8 Latinos Apostolis ferè coëtaneos, Paulum hac in parte imitantes, nominatim recenset, sic propalante Epistolâ ejus ad Magnum Oratorem Urbis Romæ datâ, quâ ratus est illos secutos, mandatum Dei ad Mosen, Deu: 21:11. Ubi mulieri Gentili captæ et adamatæ cæsariem demi, ungues præcidi, eamque ante sacri thalami ingressum, novo vestitu indui, præcipitur.

Hoc pacto nostra Neonympha ADUL-RUNA sepositis Paganismi exuviis et larvis, rursum aureo Christianismi amictu, et simplicitatis ornatu velata, qualis antè juvenilibus annis, quam in latronum manus incideret, hic prodit in Scenam, per me

Eâ Spe fretum, quod Athenis Ignoti-Dei ara, à Paulo ad Christum applicata, Ecclesiæ Dei sum temporis emolumento esset; Ita et hunc meum laborem à candidè et attentò legentibus hasce pagellas, nō inanem rediturum confido.

Proinde à Serenissimâ Regiâ Majestate, submissò reverenter et obnixè contendo, ut hoc meum Studium, siquidem bona intentione, in dulcissimæ Patriæ præconium est directum, gratiosissimè suscipiatur, à quovis cordato lectore, serenâ fronte recognoscatur, et cōtra quorumvis obtrectatorum morsus, ab injuriis asseratur et vindicetur.


IVDICI
DEO
REGI
HOMINI
SACERDOTI
GLORIA.
MEMORIÆ
BIRGERI TITI F.
PATRIÆ
LEGI-FERI
RVNARVM
INVENTORIS
HEROVM
POSVIT
ITABVREVS
TIVNDIENSIS.
ADVLRVNA · KVMBL

# ADUL-RUNÆ

## REDI-VIVE

## INTRoductio de Runicarum literarum Partitione.

Quemadmodum substantiale Dei Verbum, ab initio rerum, inter creatorem et creaturam Mediator est, per quem prodierunt omnia; Ita Linguas inter loquentem et audientem intercedere vult, Inque eum finem literarum Symbola inter Scriptorem et Lectorem divinitus instituit. Eam ob causam Runarum authorsuum Alphabetum, unico illi Mediatori, cui nomen est Α et Ω contulit, ut LAPIDI, ob eximium pretium et stabilimentum, Item PASTORI et PATRI, tamquam Persona vel officio præ cæteris, necessarys.

Si quis, quid ROGE et EBEN, PASTOR LAPIS Israëlis significet, sagaci animo revolverit, Gen. 49:44. et utriusque Fæderis textuum concentum, Veteris scilicet, Deut 32:4.15. Jes. 63:16. Eze 34:23. et Novi, Joh. 10:11. Ro. 9:33. 1 Cor. 10:4. æquâ lance perpenderit; Is nullo negotio animadvertet, quo Spiritu et intentione hæc similitudo sumta et profecta sit Partitio.

Omne siquidem ENS, aut est Generans vel Generatum, aut inter utrumq, æquidistans centrum, ut Generatio: Proinde Alphabetum Runicum universum ab Au-

thore

thore in Tres Quinarios (quorum primus Generantis; Secundus Generationis: Tertius est Generati) tripartitum est.

## LAPIS

Qui ut geminæ est Naturæ; ita diversus est JACENS à CADENTE. Mat. 21:44. Etenim qui in terræ gremio lapidescit, ab illo qui è nubibus ejaculatur differentis est indolis.


Qui conferre novit hosce Binarios Jesa. 9:6. et Mich. 5:1. cum Luc. 22:69.70. et attendit differentiam inter eum qui apparuit præteriens, et eum qui loquitur præsens, Joh. 9:37. Hic fundamentalem illum Binarium, scilicet Mediatoris Deitatem et Humanitatem recte rimatur.

## PASTOR

et PATER omnia sustentans, authori huic triplici sub visione apparuit; Primùm sine vestimentis et nudus; Deinde cum vestibus et insuper cinctus et coronatus; Demum viscera sua et futuras passiones ostendendo.

Collatione vers. 22 Jes. 33: et Joh. 14:16. Mat. 2:11. facta, Ternarij isti, tribus Mediatoris officiis quadrabunt; dispescetq. quo spiritu et fine Ternio iste fiat Divisor. Etenim Magi, (quos Sacerdotes Sibylla vocat) filium dono datum, ut Deum adorarunt, et recens nato Virginis, sicut Homini obtulerunt munera: Myrrham velut Pastori Sacerdoti, Mar. 15:23. jam jam occidendo et immarcessibili: Thus ut Regi (cui olim Thure litabatur) Aurum ut Examinatori et Judici.

# ADVL-RVNÆ
## TITVLVS I.
## De Lapide jacente seu Mediatoris Humanitate.



LAPIS jacens cubicè dispositus dispesci-tur decussatim. Primo triplici Literarum seri-e in longum; Deinde quintuplici in latum æquidistanti, Literis, ordinem inter Rime-Runas usitatum, servantibus.

## CAPVT I

### De Primo seu Generantis Quinternione

GENERANTIS Quinternio hisce constat charac-teribus 5, ᚠ ᚢ ᚦ ᚮ ᚱ FUDOR, qui in Kalen-dario Runico seinvicem dicto modo insequuntur At in cippis ita continuantur FÖDUR, præ-cipuè autem hac serie FÄDUR vel FADUR h. e. Pater, pastor, genitor, dictus à föda, quod generare, pascere, alere, et insuper alimoni-am et pastum denotat. Vetusti Sueones dixere feuda, cuius Dativus pluralis feü-dum apud exteros in Nominativum singu-larem Latinum neutrum, transiuit, Unde Feudum est dictum.

Ruminans dierum cujusque Septimanæ Scanzi-anæ nomina, facile cujusque literæ nomencla-turam, singulis diebus respondentem subol-faciet; Inspecta siquidem diei Literâ initia-li, nomen eius proprium venabitur.

Hinc manifestum erit, initialem literam

ᚠ

Seu F in nomine fredag (qui Teutonibus frey-tag, Anglis Frydayr, Belgis Vridach, à Freia quæ Latinis Venus, Dea Amoris, dicitur, unde Dies Vene-ris descendit) Freiastaf vocari, hoc est, Veneris Literam.

Majoribus nostris olim freia, quæ nunc frů, h. e. Domina et mater familias appellata.

Fröja vero à frö, h. e. Semine ob fecunditatem. Unde nunc fröken h. e. Principissa derivatur.

Litera hæc ᚠ Rime Runicis dicitur Fä, i. e. Pecus, Pecunia, Peculium, ob ubertatem.

Ita Normannis testa Rabano Archiepiscopo Moguntino, qui anno Ch. 756 6 Cal. Nov. in fata concessit, Hac in parte imitantes Hebreos (qui primam literam Alef, (Pecus et bos. (Alafim Boves Ps. 8: 8.) notantem) appellarunt.

ᚢ

Secunda in ordine, Alphabeti litera, Ur, Emanationis et motus character, communiter exponitur p E, Ex, item cum nivosâ procellâ interdum etiam cum Hora; etenim Urwerk automaton seu Horologium est.

Plerumque fulcit se baculo, ᚢ.

Cujus figura prisca in monumentis, repræsentans quadrantem circuli ut ᚢ; Quadragies mihi obvia fuit.

ᚦ

Beneficio diei Jovis Torsdag, qui Anglis Tursdaye. Primævum hujus Literæ nomen Thorstaf. h. e. Jovis litera indigitatur, et summæ libertatis censetur Hieroglyphicum, Etenim toras est audere, cujus terminus mysticus est Thora quæ Legem notat.

Item Normannis seu Marcomannis, teste Lazio, Torn olim vocata fuit, quasi Terminus. Torna enim est ubi aliquid non potest ulterius progredi. V. g. Torne dicitur ubi Sinus Botnicus versus Septentrionem deficit, et versus meridiem Törn ubi Tres Folklandiæ primum terminabantur. Item Tornesy Terminus Lacus Skarborn.

Hæc Litera comuniter in monumentis cum semi

circulo extensaq; diametro reperitur cælata.

ᚬ

Cognita appellatione diei Mercurij Odens cognoscetur litera Quarta, quæ profertur ut O vel Ö ut Odens vel Ödens staf, h. e. Mercurij, fati vel Martis litera.

Etenim Od et Öde notant possessiones ut Swidiod, Suethia, Läårod, Månod, Klenod, armod, Sicut Mercurius à mercibus est dictus, Plutus Suetice Oden.

Et quia Öda est desolare, vastare, Ödemark Desertum, Ideoq; Aquilonares suum Martem vocarunt Oden et Öden, et Ö literam Ödestaf quasi Desolatoris.

Islandi nomen Odens dagur retinuerunt Qui verò ineptè transfuderunt in Bodensdach, Boensdach, Wodensdach Woensdach, et Wendisdaye: Illi omne Literarum Runicarum Jus à se alienarunt et ejurarunt; maximè vero hujus characteris:

Cujus vetustissima figura effigiei primæ Literæ ᛘ converso tantum situ cum duobus Circuli quadrantibus ferè respondet. Communior autem figura merito nominatur Ödrstaf, quod mutilata et diversimode mutata, ut ᛅ ᚨ ᚼ ᚭ cernat^r.

ᚱ

Quinta Litera Reid Redr aut Riddare, Redare Dominationis et præeminentiæ est insigne, quod arcui semicirculi insideat. Rida enim majorib. erat imperare prævalere, equitare, ut nobis documento est Cippus pendulus muri ambientis

cæmiterium Vaxalense prope Upsaliam, cui incisum est Red lidin, quod Imperatorem et ducem exercitus notat.

Alias figura eius gubernaculo ex puppi non est absimilis, quod Svetice Rodr dicitur ex råda prævalere.

Est insuper Juris hieroglyphicum, quia linea illa recta dissecat semicirculum orthogonaliter in duas portiones æquales.

Observa, quoties ) in monumento aliquo depingitur, Tunc nullum aliud R præter hoc ( invenies appositum.

Litera hæc ᚱ inter 19 Rimerunas, Aureum numerum repræsentantibus, 16 occupat locum, Stupe mader dicta, quasi ᛘ præcipitatum.

## CAPUT II.

### De Secundo seu Generationis Quinternione

ᚴ ᚼ ᚾ ᛁ ᛅ

Generationis linea et intermedia, ita disposita est K H N I E, ut prima, et media ac ultima litera, constituant vocem KNE, significantem preter Genu, Generationem. Unde liquet: Ut primæ FUDOR ad Generantem; ita hæ mediæ ad Generationem spectari: Dicimus enim, v. g. Tijonde Knä, h. e. Decimam generationem.

ᚴ

Sexta litera in Alphabeto hoc, est ejusdem Censuræ, cum C et G Latinorum item K Græcorum

Communiter vocatur Kön vel Kyn, Generosi-
tatis et Naturæ character. Quem Normanni an-
te 900 annos Ken, ut Gothi olim Getæ, nuncupa-
runt. Rimeruni quidam Kagwend vel Kåk
vend, ut ᚽ hoc modo ᛁ versum.

Quibusdam in monumentis repræsentat Græco-
rum Ypsilon Y, tribus rectis lineis ad centrum
unitis. Hic propius quam præcedens nomi-
ni Regio accedit; Etenim Regem esse König
Koning Könung Kunung ex Kön Kyn et Kun-
na, Hoc est, esse à Generositate, indole, Scien-
tia et Potestate notissimum.



Septima Litera Latinis Ha, respondet inter-
dum G gutturali seu G aspirato. ubiq; obvia cum
duabus lineolis Stylum ad æquales angulos utrinq; palum
secantibus.

Huius nomen primævum Hagal, quasi omnia cō-
tinens vel cum favore omnia perficiens; Etenim Hag-
lek notat Artem, Hagelig gratiosum.

Hagal est adiectivum masculinum ut adal, gā-
mal nobilis, vetus, quorum fœmininum sunt Hagul
gammul adul.



Octava litera in ordine æquivalens N Latino
et Græco. In cippis ita ᛏ ᚿ lineâ ad dexteram le-
gentis semper declivi, picta invenitur, quâ no-
men Naŭd repræsentat, quod Normanni
Not, alij Nöd, Necessitatis et Angustiæ no-
tam, Dalekarli verò Nåd h. e. Gratiæ Literā
appellant

I

Nonæ literæ ut vestibus nudatæ nomen est Iδer Pœnitentia, vel Idastaf Studij charac-ter, instar Sagittæ carens appendicibus, Prom-titudinis hieroglyphicum, etc.

ɫ

Decimæ literæ lectio ut A et Aᵉ et Aᵒ, vari-at nomina, ut Ar, Ari, Aru; Ar Ari Arû, Ar Arrstaf. Id es Annus, Aquila, Terra, Litus, cuprum, gloria, quies perpetua.

Cujus figura convenit nomini Arustaf, qua-si Gloriæ et quietis Litera; Etenim ut lineæ ejus distinctiva acclinat: Ita Gloria, ut post nubila Phœbus, elevans.

Convenit literæ Octavæ, quâ in cippo sic dis-posita ‡, et hæc ‡ distinctè ita figuratur: Item ista hoc modo posita ƚ, et hæc ɫ ita de-picta reperitur.

## CAPUT III

### De Tertio seu Generati Quinternione

ᛁ ᛚ ᛒ ᛚ ᛘ

Generati Quinternio seu tertia litera-rum Series et ultima, hisce constat literis singularibus. S T B L M

I

Undecimæ literæ nomen Sunstaf eadem gaudet origine qua nomen Diei Sundag, et Söndag Alemannis Sontag, Belgis, Sondach, Anglis Sondaye

Latinis Dies Solis. Quibusdam dicitur Sonedags et Sönedag Dies Reconsiliationis: Sona enim et söna veteribus süna est reconsiliare et vansuna, redimere quod raptum erat.

Etenim initio gentium Sveonibus dictus est Sol Sün quod adhuc filium designat: Idque ideo quia Sol primævæ Lucis æmulus est, tamquam filius sui patris; Unde sonas est per filium reconsiliare.

Ingruente vero Papatu Sün conversum est in Sol Latinum, quod nomen deinceps in Calendario et cœlesti Theatro apud nos retinetur.

Exinde appellatus est hic character Rimerunicus Sol himmelhögste et Hengiande Sol, Pendulus Sol, quod in monumentis, Serpentum dorsis adhæreat et in Calendarys lineæ superiori, ut distinguatur à Knäbögda Solen, Genuflexo Sole. qui in monumentis et Calendarys est frequentior Pendulo, ut ʮ ʯ congruens Greco Z et Σ.

Ex antiquo nomine Sün venit vox Sünnan Auster Unde olim Sveones à Norvegis dicebantur Sünske Sönske, h. e. Solares, Australes, meridionales, non Sönske, ut Lingua barbaries hallucinatur.

Huc reclinant nomina rättsöner et ansöner, quando aliquid secundum vel contra Solis motum regulandum est.

Character primævus, seu Solis penduli, à me in Tiundelandia 25es in Fiedrundia 30 in Elandia vigesies observatus est.

1

Duodecima est Tidstaf ejusdem juris cum die Tidsdag, Martis, Hollandis Dirdach.

Tider præter Tempus, Cultum Divinum et Reli

gionem notat, ut Högtiden hon, est Solennitas Religionis, Luc. 2: 42. Joh. 12: 20. Sacerdotes et Sacrificuli Tijar ed Tidemän, quorum Antistes Tidgummi dictus est.

Normannis appellatur hæc litera Tak, Tectum, quod duplici suggrunda operiatur hoc pacto, ᛏ. Est Hieroglyphicum Temporis, quod instar Sagittæ pernicissima, evanescat.

Rimeranicis quibusdam dicitur Tyri, tæda, fax Etenim quo anno Aureum numerum in Calendario designat, incendiorum putatur nuncia.

ᛏ Hujus generis Characteres uncos in Uplandia 42, in Medelpadia, olim priscorum Regum Helsingiæ Throno clara, 12: in Elandia Undecim inveni. Cujus Characteris vetustas et usus, ex Latinis et Anglicis authoribus conspicitur Legentibus ⁊ Significantem + ᛏ, ET. Latinis, et Anglicis AND.

## ᛒ

Tertiadecima litera monumentis frequentata cum duobus semicirculis, ter diametrum protensam ad idem latus contingentibus depicta: Nominatur vulgò Birkal quasi Byr karl, Habitacule dominus, vir vel senex.

Figura nomini conformis qua gemina Janua introitus et exitus repræsentatur.

Siquidem ᛒ in Byrkal rectè exponitur per G aspiratum ut Byrgall quasi omnia contineret et rursum omnibus contentus esset, ut Od-all possessionem totalem inculcat.

Nomen Byrger vulgo Byril (Si simplex deductum à verbo byria, incipere, ordiri, ut kränil stötil a krama stöta) authorem rei in-

digitat. Si compositum est à Byr et kär ut Byrkär et Burekär Domus fautorem Patriæ et civium designat: Etenim Bure civis est. Cæterum quibusdam dicitur Burgeir filius prælij, unde Germanni viri bellicosi dici possunt.

ᛚ

Cognito nomine septimi diei Septimanæ, cognoscitur litera præsens: Dies autem nomen traxit, vel a Laugег, Lege: unde nomen literæ Lag Lager Lauger apud Islandos; vel a Lög, Lavacro, post diei Solis in Norlandijs consecrationem.

Cum igitur Lag Langer et Lög Legem et Lavacrum notant; propterea nec nomen diei nec literæ, sed significatio solum variata est; Etenim Lögman Lögsaguman dialecto Islandico notat Lagman Lagsagūman Legiferum.

Lag nobis triplicis invenitur significationis, In masculino Liquor est ut Humblelag ex laka vel lekia descendens: In feminino Lex est, ex laga disponere et ordinare: In neutro verò Modus et positura ex läggia ponere, ut Tröskelag famlag.

Vocabulum Lag Sceanzicum vetustissimum esse, succenturiat Jornandes in sua Cronologia, quando Gothorum Leges appellat BilLAGines quasi Billig Lag.


ᛘ

Intellectus nominis Måndag quod Alemānis est Montag Belgis Maendach Anglis Moun.

dage Latinis Lunæ dies: relevat naturam ultima Litera Scanziana M Labialis.
Etenim Man, quod olim proferebatur ut Mån Lunam significat. Sic Suevi vetustissimi Alemanniæ populi vocarunt Mensem Manod.
Lunæ possessionem, quam nos Månad Germanni Monat.
Mann notat etiam virum maritum hominē unde v.g. dicimus illum vel illam esse nostrum Landsmannum, popularem: Hinc Teutones dicti Germanni Alemanni, et Teutonia Germannia Allemannia, cum duplici N. Germans ö Germanni insula in Angermannia, sita est.
Nomen Simulacro Literæ appositum; Etenim hominem, elevatis utrinq; ad cælum La: certis semicirculum comprehendentem refert. ᛘ, quod passim in Juris codicibus manuscriptis et Cronicis repertum, Legendum est ut Mader quod Virum vel hominem exprimit ut Lagmadr Legifer. Interdum contrahitur Madr in monosyllabum Mar ut Kalmar Wismar Marskalk marsk et Mars, quasi homo animosus et strenuus.

## CAPUT IIII
### De quinque Ternionibus


Hactenus de tribus Quinternionibus Alphabeti Scanzicæ, seu Lineis Longitudinis, deq; cujus libet literæ Nomine, Figurâ et Situ; Sequitur de quinque earundem Ternionibus seu Lineis Latitudinis cum suis Combinationibus et Sententijs ænigmaticis: utpote.


ADVL RVNÆ
1
2
3
4
5

# ADVL-RVNÆ

## TITVLVS II

### De Lapide Cadente, seu Mediatoris Divinitate.



LAPIS Cadens tribus Quinternionibus
seiunctis et decussatim dispositis notabilis est.
Quolibet eorum certis Ternionibus et correspō
dentibus existente.

# CAPUT I
## De Generantis Quinario



Generantis quinarij Ternio
TOF, INVOLUCRUM sive ipsa triuna Divinitas, Cujus cognitionem primævi Sveones, majores nostri, ab ipso Noacho, ejusq. nepotibus haustam, omnium diutissime, inter Aquilonares incorruptam retinuerunt, Usque dum Gentilismi tenebræ in omnes Norlandorum angulos irruerent: Qua de caussa nostra ADULRUNA nomen Paganum, seu idolorum Thore Oden et Frigga, cum suis vermicosis Iconibus, licet externam speciem et nomen retinuerit, abominetur

---

Lox seu Thorus primi Quinternionis centrum, in omnibus liberrimum agens, superiorem et parem agnoscens neminem.
Hinc Thora, ante multeplicem linguarum confusionem, antiquissimis nostris majoribus, summæ erat potentiæ hieroglyphicum sicut Pileus est libertatis symbolum: Etenim Lex seu Thora summæ Rationis est, Sine qua rerum Natura, vel mundi ordinata compages, immota consistere nequit, Cicerone

et Clemente Alexandrino in Deut. 25: 13. commentante hunc in modum:

Stateram et mensuram et numerum omnium
Deum esse, existimavit Moses.

De hoc Thoro seu Jove sic canit Orpheus Gothicus:

Iupiter est caput et medium, Jove cuncta creata,
Iupiter est rex, hoc pendent primordia, finis.

Idem: Iupiter et mas est, et fæmina nescia mortis.

Upsaliæ, Simulachrum Jovis nudi, ad talos referens fæminam, ad verticem prolixioris barbæ virum, contemplantibus innotescit, cur priscis Sueonibus hujusmodi increbuit opinio. Josephus, quem Hebræi Deum sub nomine Jehovæ vel Jovæ, eundem sub nomine Jovis, Ethnici coluerunt, con fatetur.

Ut Thorus ♎ supra horizontem, Januæ patēti Dör, et hospites divertentes excipienti, similis apparet: Sic ♊ et ♒ infra horizontem pansis brachiis summi Jovis tonantis esse caduceatores, ad diversorium viatores invitantes se profitentur.

♊

Ad dextram Thori, sub nomine Othini, Mercurium Altissimi Dei filium, Ditem omnium opum possessorem et thesaurarium, qui omnia munera prudenter curat et disponit, ut ipsus Adon seu Adonaj, olim litavere Sueones. At nomine Oden seu Fati, divinam Providentiam fatorum dominam, omnis creaturæ fotricem venerati sunt, Quem Græci Apolline qui Pythonem (ur Putten) antiquum draconem, interfecit, illum Scythæ vetustiores Oeto-Scyrum quasi Fatum amputans vel fato amputantem, vocarunt.

ADULRUNÆ

Sub nomine Othini et Fati, seu Martis cruentis אדם Odem latuit Adamus Secundus, qui in furoris sui ira, omnem hostilem suo sanguine abolevit.

ש

Ad sinistram Thoro juncta erat filia formæ venus-tate conspicua Fröya Othini soror.

Intelligens, cur impositio nominis Ruah (a-quis initio creationis incubando foventis) Spiritui Sanctitatis, qui in sacro Hebræo codice, in fœmini-no genere effertur, applicetur et comparetur mu-lieri drachmam deperditam requirenti: Item, Esthonicum illud Pyhe naimo, hoc est Sancta Mu-lier; Is non mirabitur Majores nostros, sub nomi-ne Freia Dominæ vel Fröja Veneris aut פריה Poria fructificantis, Dianæ multimammiæ; Spiri-tum Sanctitatis omnium dispensatorem, 1 Co: 12: 5. et omnibus ambas manus porrigentem adumbrasse.

♈ GEMELLI ()

Conferenti Dan: 7: 10. ubi Antiquo dierum ministraverunt ut juvenes, et assurrexe-runt sedenti in throno, ut seniores et decani

Cum Mat: 23: 41. ubi habentur Angeli filii Hominis et cap: 22: 30. Angeli Dei, Patebit cur hi Gemelli ) et ( infra horizontem et extra por-tam copulantur, figura ♈ non absimiles duobus Ari-etis cornibus, et ligulæ automaticæ in horologio (vulgo Oro, antiquis Urũ): Tamquam Symbolum divi-næ virtutis jugiter in inferiora operantis. Si-quidem omnia ab uno fluunt, et ad unum omnia rursus ^re^fluunt: Item cur ( et ) supra horizonte

et intra valvas ♎ coeunt hoc modo ♌. Tamq Hieroglyphicum æternæ et inscrutabilis unionis et requietis in Deo. 1·cor·6:17. Heb·4:9.

Horum Gemellorum meminit Trismegistus Ægyptius, hoc modo:

Chori Deorum Gemini, vagantium unus non vagantium alter. Atque hæc est suprema Animæ Gloria.

Zoroaster inquit

Dabunt quiescenti in Deo, Dij perfectionem.

## CAPUT II
## De Generationis Quinternione

ᛏ

ᛏ Y ᛏ

I

Cognito versu 6 cap 14 Joh· ubi Via Veritas Vita hac serie seinvicem subsequuntur, Generationis triplicis regiminis corollæ et administrandi ratio; Scilicet illud Sveticum Not-Ari-Con dispalescet. ——— † ———

† Dextera est Gratiæ Scola crucigera 2·cor·12: 9. 1·Pe·2: 19.20.

† Sinistra est Gloriæ hieroglyphicum, scil. Terræ promissionis, Exodi 20:12. Luc·23:43.

Y Media verò seu tertia, est Naturæ intaminata Universitas, quam Moses Eden et Sanctum Sanctorum vocavit, Gen·2:8. Exo·26:34. Heb·9:3.24.

Cur Y sit superius instar arboris bipennis, et inferius continua; Id cognosces ex Ligno vitæ, quod unicum est, ab utraq; parte fluminis de Sede Dei procedentis, Stans. Apo. 22:1.

Hebræorum NOTARICON. est intermedia pars Cabalæ trepartitæ dicta GinNaTh. Hortus (Nucum) Can. 6:10. Cujus qualibet Litera seorsim est integræ dictionis nota, ut גנת ibi ג G. notat Gimetria, נ N, Notaricon, ת T Temura.

GEMELLI ✱ 1

Juxta sua nomina situantur hoc ordine, ut Hagal Supero, Jder infero loco consistat. illud ut exaltans, hoc verò ut humilians, instar Legis et Evangelij.

Alias possent instar Limitum hoc modo disponi

12345

| | | |
|---|---|---|
| | 4 | |
| 1 | 5 | 3 |
| | 2 | |

Egrediens enim angustiæ valle in gloriæ
Jdasund campum, trajiciet fretum Jder seu Pœnitentiæ: Migratûrus rursum inde in Naturæ Collem; Hagalfors Cataractum Hagal tranabit.

Non secus ac Israelitæ egressi ex Ægypto per mare rubrum in Desertum pervenerunt, ubi Mannâ refecti, per Saxosi Jordanis rapidissimum torrentem in terram quietis Jos. 4:23.24.

Cui præterea detectus est Antistitis Sacerdotum ad Deum introitus, qui fiebat primum per Templi Atrium, cupreo altari tenus, deinde sub lacunaribus ipsius Templi ad aureum altare, demum inde in ipsissimum Adytum seu Sanctum Sanctorum: Ei haud incognitum est hoc iter, vel noster Quinternio.

## CAPVT III
### De Generati Quinternione.

ı

1 <u>m</u> Γ

Ψ

### TERNIONES

In hoc Alfabetico Quinario, situantur velut sibi collaterales ut in præcedentibus capitibus, vel perpendiculares ita ut alter sit medio superior alter inferior.

Collaterales sunt indices triplicis muneris in hoc mundo respectu Mediatoris inter gemellos istos Sūn et Man Solem et Lunam

<u>m</u>

Præcipuus <u>seu medius</u> in hoc Ternione est Bygall ut rex in medio præsidet.

1

Zidex cum suis tædiferis et Sacerdotibus suffraganeis, Regi à dextris est.

Γ

Lagur, Drotsetus seu vicerex, cum suis Legiferis eidem succenturiatur à sinistris. Et hi tres medij sunt inter Filium Altissimi Justitiæ Solem, et ejus subditos

---

Ternariorum alter, index est est triplicis Mundi

ı

Etenim ut Sūn Sol, est omnium rerum visibilium præcipuus et summus; Ita rerum mysticarum in hoc mundo præ cæteris insignior est.

Hunc Moses Eden Salomon Cælum cælorum, et Johannes Novam Jerusalem, nullius Jubaris egenam, cum illa ipsissimus sit Sol. appellavere.

♆

Luna inferius posita, confertur novæ Hierusalem, non habenti opus Lunæ irradiatione, cum ipsissima sit Luna. Hin Jeruschalajim est dualis numeri.

♊

Byrgall intermedium sibi reservavit locum, tamquam Convallis est, nos ibidem commorantes (ober) compedibus suis stringens.

Ruminans etenim Sapientum illud

Est in ☿ Mercurio quicquid quærunt Sapiẽtes.

Is non ignoret causam, cur author nomen Byrg-all huic centro indiderit: Etenim Crux illa indigitat cardines huius mundi, et dispersionem cruciferorum. Deinde circulum integrum, Corporis lunaris Demum Semicirculus supremo loco conspicuus Solem interminabilem.

Animadvertens medietatem Cubiti, in commensuratione Aræ fœderis, Exo 25:10. et mediam horam, Apo 8:1. insequentem Sigillum Septimum seu ultimum; Cognoscet cur author Buchstaben Literam Solis dimidiatam solum et pendulam constituerit.

GEMELLOS

Istos accom̃odat Ecclesiastes omni negocio Cap 8: v. 5. 6.

Tempus et Modum cor sapientis intelligit.

Omni negocio Tempus est et modus.

# ADVL-RVNÆ
## TITVLVS III
### De Pastoris Sacerdotio.



SACERDOS vestib: nudatus
Super ara Crucis
*Vt æquissimus Legislator, suam ipsius Legem seu CRUCEM sextuplici observatione suam misericordiam concernente, et unicâ eius minas replicante, illustrem reddidit:*

Quarum priores Quatuor è communi Alfabeti cætu, Posteriores duæ e Quinternionibus selectæ sunt: Et harum duæ priores Ternionibus, duæ posteriores Duernionibus suis discrepant.

## CAPUT PRIMUM
### seu Consider°
### De primo Ternione, suum Septernionem cum binis Quaternionibus Comprehendente.

## SEPTERNIO

Ad numerum Dierum Septimanæ Caracteribus alternatim selectis, quasi noctibus intermixtis distinguitur, hoc modo:

♎
1 · ᛏ · ᛁ · ᛏ · 1
Ψ

In

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | Capite | ♎ | LITERA. | ᚦ | DAG | ♃ | DIES |
| 2 | Brachio sin. | ᛏ | | ᚨ | | ♀ | |
| 3 | Manu sinist. | ᛚ | | ᛚ | | ♄ | |
| 4 | Pedibus | ᛁ | | ᛁ | | ☉ | |
| 5 | Pectore | Ψ | | Ψ | | ☾ | |
| 6 | Manu dext. | 1 | | 1 | | ♂ | |
| 7 | Brachio dex | ᛏ | | ᚼ | | ☿ | |

Cognito Christi dicto, Lucæ 9:23.
Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat CRUCEM suam QUOTIDIE, et sequatur me.
Intelligitur Autoris de hoc dierum Septenario sic disposito, intentio et scopus.

Mirabitur quis, diem Jovis in Capite, cæteris esse premissum, anne Ethnicismum redoleat? Certum est, Etenim post universale diluvium discessu gentium cæterarum ab Hebreâ, Septimū seu Sabbathi diem celebrante, facto, et Religione verâ sensim exuta, Diei Septimi Sanctificationem suspenderunt, et alium Septimanæ diem cultui divino dicarunt pagani. Prater inflatos Romanos, qui octavum adiunxerunt septenario numero, ut claret ex octo Characteribus, A B C D E F G H dierum cursusque Septimanę indicibus, eorum Calendario insertis, Ninus Babyloniorum Rex, mortuo patri (qui in Chronicis Jupiter nuncupatur) Citandi ergo Columnam (unde nostris nomen Belet imaginis quasi Bels ött, primum innotuit) instauravit, inq; Patris denati memoriam Jovis diem primus sacrum habuit.

Nicolaus Cusa refert;
Nabuchodonosorem diem Mercurij,
Ismargitas diem Martis,
Grecos diem Lunæ,
Tuscas diem Veneris
Judeos diem Sabbathi seu Saturni præ cæteris diebus solenniter celebrasse.

Mundo autem toto de Veritatis tramite, ob ty-
Dan. 3:6. rannorum violentiam, ut tempore Eliæ, qui se
solum relictum et Deo adhærentem suspicabatur
Israele itidem universo à Deo nefariè peregri-
nante: Deus nihilominus aliquot myriadas homi-
num, sibi reservavit, qui in eum solum omnem suam
spem fixerunt, Eamq; certis simulachris et myste-
rijs (quæ omnibus tolerabilia et aperta putaban-
tur, nihilominus involuta et obscura manebant)
obumbrarunt.

Hujus admirandi Spiritus Sancti motus et ope-
rationis exemplum, in quodam pagano Islandico,
percepimus, qui sub mortis agone, è porticū domus
suæ, sub dium translatus, visâ Lunâ, sibi adstanti-
bus affatur: Sculptilia nullius mortalis necessitatibus sub-
levare possunt, Deo Lunæ hujus Solis et astrorum archi-
tecto spiritum meum commendo, et ejus fidei committo
ipsiusque miserationis intuitu, vita hac defungor.
His prolatis continuò fatis cessit. Hinc nomen sorti-
tus est Torkil Månе.

---

QVATERNIO

Prior est Brachialium literarum quatvor nō
inclusarum septenario dierum numero ut,
( ) + +, R V N A hoc est Literatura, experi-
entia. Quarum duæ priores, posterioribꝰ
duobus impositæ, Portam patentem, seu Gratię
et Gloriæ fores, situ et figurâ referunt; in si-
gnum æviternæ relaxationis et requietis hoc
modo:



Cujus simile in aliorum characteribus vix invenies.

Hebrei fortè in voce אוֹת Oth quæ Literam
notat, Primam cum ultimâ per ו Vau conjunctivâ,
combinatam, proferre possunt, ut Alef ve Tau,
sicut Aharith ve Tikve, Jer·29:10. Item Urim
ve Tummim, Exo·28:30. Singularia eis myste.
steria, quæ in hunc usque diem, imperscrutabilia eos
latuerunt.

Sicut Runarum author, Portæ istius (Gratiæ et
Gloriæ) Signum ambobus brachiis circumfert, in..
coans à dextro et desinens in oppositum:

Sic vice versâ, dictis istis quatuor literis, in:
cipiendo à Sinistro et subsistendo in dextrum bra
chium, crucifigentium notas, (quales sunt ᚼᚢᚱᚾ
AVRN. Aquila. quæ est quartæ Monarchiæ
bicipitis et iam volantis insigne,) demonstrat



Quo ostenso; ut quatuor sunt Literæ in AVRN
sic quoque, qui mediatorem, non solum ludibrio
exponerent, et flagellis cederent, Sed etiam Ve.
stibus spoliatum crucifigerent, numero qua
tuor esse deberent. Quod postea à quatuor
istis Aquilinis Tibery pullis, militib. Gothicis
de Ponto conductis sub præside Pontio Pilato,
exsequutioni mandatum est. Joh·19:23.



Lectis, Exo·21:32. Zac·11:12. Mat·26:15.
27:9. Deprehendes facile Hagal suo numero
in medio lictorum, non destitui mysterio
Sed repræsentare servum vel mancipium 30
argenteis venditum. Etenim ✱ est nota
eiusdem numeri.

## POSTERIOR

Quaternio, est literarum corporis structuram et longitudinem repræsentantium ut ᛘ ᛁ ✱ ᛉ Pig-kynd, Virginis Nati seu Viatoris certissimique manuductoris, de ᛘ compedibus, per ᛁ penitudinis angorem, deinde ✝ Gratiæ et ✝ Gloriæ ✱ amplexum (qui constat ex ✝ et ✝) è Porta prædictâ per ᛉ kyns Osculum, (à Kyn kynsa antiquis nobis kyßa descendit) ut ex Hind hissa trind trißa, Pint pissa) Donec in Ω Supremā libertatem asseratur.

Perpendenti Versum 13: Job 3: et v 36. c 8: Authoris Scopus revelabitur.

## CAPUT II

seu Consid.

De Ternione altero, Pastoris Tetragonium, Gregis Heptagramation et Hostis Quatrilaterum, pensitante.

PASTORIS TETRAGONIUM

Ω

ϖ ϖ

ᛘ

ᚦᚼᛒᚠ, TOPF, URNA, exprimit sua figurâ spirituale Ovile, quo oves tamquam tanquam muro ignito undique tutæ consistunt

Divina illa Trinunitas TOF seu Boni-
tas seu ipsum Bonum, ex facie Tit·[3] [4]2·cáp·1: in-
notuit. Vt

est nota Divinitatis ex Generantis Quin-
ternione: Ita

Quarta in hoc ordine et infima, est Huma-
næ naturæ uberibus Virginis lactatæ nota,
ex Generati Quinternione desumta, Vt fi-
gura ejus arguit. Hæc assimilatur valvis
ad Ovium introitum et exitum hiscentibus:
Insuper Basi ac Ecclesiæ pedamini, Etenim
suo nomine Byrg-all Petram omnia super-
structa sustinentem, omnesq; Divinitatis thes-
auros continentem, indigitat. Col. 1:19.

GREX SEPTILITERVS

Y
+ * +
Ψ
|
¦

ECCLESIA Septiformi SPIRITV sigilla-
ta et VERBO unita, in qua clangit

VOX VOCANTIS

Y + * + Ψ | '

GEHN MIS OCCVRRE MIHI·

Mis autem idem esse quod Mig testatur Ulfilas Gothus contextu Biblico, Matt 3:11

Suantos a missa:

hoc est, Fortior me est. Eisdem Literis

VOX VOCATORUM

resonat

ᛌ ᛁ ᛉ · ᛏ ᚼ ᛏ · ᛉ ·

Sim egn kynd, simus proprietatis et possessionis filij.

HOSTIS QUADRILITERUS

Quatuor reliquis Literis extra ovile seclu-sis articulatur hoc modo

1. ᛏ ᚴ ᛚ ᚠ

TRUL qui sunt maligni SPIRItus, Dæmones et notant LUPOS spirituales in oves sevientes

Hos tali Hieroglypho Adulruna delineat



Apo. 13:11. Quod oves primum suis hamis ᛚ et ᚠ inescent, inescatos demum sua tridente in baratrum præcipites agant.

2. ᚠ ᛚ ᚴ ᛏ

IURT stercus notat oves seductas et illa-queatas, qui demum in angustis et abominandis cloacis periclitantes pereunt.

Has mystico charactere, nostra Adulru-na adumbrat, hoc videl.

## CAPVT III

~~Seu~~ Consid.

De Duernionis priore, Latitudinem seu Brachia Vocantis novenis literis: Altitudinem seu Staturam colligentis, Septenis lr̃is delineante.

### LATITVDO NOVENA

1 ( ╤ + ✱ ᚼ ⋿ 1 Γ

Dispescitur in duo Vocantis extensa brachia, quæ suâ duplici Lectione, duplicem ingerit intellectum.

Brachij utriusque Pensitatio, secundum authorem gemina est: Aut enim ex corde Pastoris ✱, omnia plausibilia operantis procedit, et in utramq; manum subsistit, quæ Vocantis est alloqu: Aut Aut regreditur à manuum extremitatibus ad Cor: Hæc Vocatorum est ac morem gerentium Compellatio.

Cui cognita sunt VRIM et THYMMIM, insignium supremi Pontificis Levitici mysterium: Is percipiet, quænam sint hujus sacri Antistitis Brachia, Scilicet AdulRunæ OTHINVS et FREYA; Sed non Gentilium idola et dii fastigiati. Exo·28: 30.

Similiter, Cognito discrimine inter Votū et Laudem, (Silentium, quod summum est, commodiori loco, Tit· scil· 2. cap.3. per semicirculum Solarem in ☿ expositum est): Apprehensiva Vocatorum Brachia intelleguntur. Ps. 65:2

Lectio harum literarum ᛚ ᚲ ᚦ ᛏ, à Voca-
tis corde ✱ in dexteram ᛚ continuata hoc modo
ᛏ ᚦ ᚲ ᛚ
Vulgariter est N O R D, AQVILO, Boreas.
1 Co. 1:28. Secundum Adulrunam vero VERBVM Crucis
Act. 20:32. Nödord et Nådord VERBVM GRATIÆ legi-
tur et intelligitur.
Qui hic hæsitat, Legat illud Zach. 6:8.
Egredientes ad terram Aquilonis, requiescere
fecerunt Spiritum meum IN terra Aquilonis.
Legat etiam Jerem. 51:48. Job 37:24.
Prætereundum non est: Si Dextera dicitur
Aquilo: quis neget Sinistram Austrum vel
Notum notare? Can. 4:6. Eccles 11:3.
Ezec. 42:13.

ᛚ ᚲ ᚦ ᛏ

Lectio regrediens a Dextra versus Cor
Vocantis, est T R O N, FIDES,

Hucusque de Brachio Dextro: seq^r Sinistrum.

ᛏ ᚦ ᛚ ᚴ

Lectio progrediens à corde Vocantis ad ᚴ, Le-
gitur quidem ut E F V L Perpetuo plenum:
Ave-full verum Adulrunæ more, GLORIÆ Plenitudo
vel Gloria repletum intelligitur.
Vt autem Brachium Dextrum Vocantis est
VERBVM: ita Sinistrum est SPIRITVS Sanc-
titatis. sine quorum adminiculo nemo venire
potest.

ᚴ ᛚ ᚦ

Ps. 65:2. Huic Vocationi obvians, dicitur L V F. LAVS
Quod est Anglis LOVE, Amor, Germanis Lieb

Suevis priscis et Sueonibus LYF, unde descendit nostrum Liuf, amabilis, Et hinc veteres Gothorum Reges Liuva et Liuvigild dicti sunt.

1 (. T   E. 1 Γ

Vtriusque T et E Verbi nimirum et Spiritus Brachia expansa, ad oculum literis hisce indigitantur, utrumq; TROFVL fidele, cum aduncis et acerbis Legis hamis 1 et Γ, ac gratioso Evangelii cornucopiæ 1 præsto adest.

ALTITVDO SEPTENA

Colligentis Staturâ delineatur, cujus

VERTEX

et Plantæ Pedum ut — I Co 11:3.

superius dictum

CORPVS intermedium seu Quinarius, Secundũ authorem, comparatur, quinque graduum, in quã ascenditur à calce ad verticem, et vice versâ, descenditur. — Scalæ

ASCENSVM

Nobilitavit ipse Pastor illustri sua Ascẽsione, conditionis humanæ compedibus constrictus, [illegible]

5 ᛉ
4 PER ✱
3 Ψ
2 ı
1 ı


Ad supremum Libertatis thronum usq; hoc modo

Quæ mensuræ ratio cum admiranda sua sectione in certa circuli segmenta, ductis lineis rectis, sine circini beneficio peracta, Semisphæriis tamen prius in tres æquales portiones libratis: Non solum Dei omnipotentiam, sed etiam imensam ejus, qui Deo unitus fuerit, virtutem arguit.

Flos Sophorum Boethius annis abhinc 1140 opinabatur: Neminem Divinam Scientiam, qui penitus Mathematicis exercitijs destitueretur attingere posse.

Nicolaus Cusa eidem suffragatur hoc modo: Mathematica nos ducunt ad penitus abscondita et divina. Item: Ad Divina non nisi per symbola accedendi nobis patet via.

Ex hoc Ascensu super horizontem Hagal et talibus indicijs, maxime verò è Trinunitatis cognitione, noster author Byrgerus Triti Filius, præ omnibus incolis et accolis nomē immortale sibi conciliavit, ut jure æquissimo Sveonum TRISMEGISTVS decãtandus sit.




φ

## DESCENSUS

Monstrat supremam Portam Ω DÖREN JAnuam, unde omnium Donorum initium sumitur scil. a Patre luminum, quorum complementū in ᛗ Byrgall omnia involvente contingit. Eph. 4:8. Col. 1:19. 2:9.

Huic negocio accomodentur partes Orationis Dominicæ, et dispalescet Septemplicis hujus mysticæ gradationis ratio hoc ordine: Mat. 6:9.

1. Ω THORE nomen Deo altissimo quadrat, ut prius Dictum ut Jupiter Patri nostro.
2. ᛉ Patris omnipotentis regnum, de quo dicetur deinceps, refert.
3. * Hagal, Dei voluntatem suo nomine arguit.
4. Ψ Man manna est etiam Panis cælestis et mater nostra lingua cibum denotat, ut omnibus constat.
5. I Ider Pœnitentia lugubris comes est debitorum.
6. ᛁ Såll Cribrum, Tentationes importat. Sol, Sun, idem notat teste Jona. 4:8. Ps. 121:6. Lu. 22:31. Apo. 16:8.
7. ᛗ Detentum compedibus et vinculis constrictum, optare sibi salvatorem et liberatorem nullus ambigit, nisi vitam oīb. alijs bonis præferedā ignoret.

# CAPVT IIII

## De duplici Alphabeti cruciformis calculo: Runico scil. et Adulrunico.

Vt priorum Considerationum Tertia de utroque Vocantis Brachio et ejusdem Ascensu, cum annexa Interpretatione, agebat. ita hæc Temporis præsagium quo quodlibet implendum esset, continet.

RVNA ex Brachiorum dextri 4 Characteribus Lid 300 repræsentante, Reid 9, Ŏd 7, Nåd 50. collecto dierum 366 numero, integram Soli tributam revolutionem, et Hagal trigenario Lunæ orbitam exhibet:

ADVLRVNA verò iisdem numeris decuplatis, desponsationis Solis Justitiæ, Sponsi, cum suo corculo Ecclesia Sponsa, annum scilicet 3960, in quem nati Christi Æra, secundum Lutheri computum incidit, indigitat.

Brachij Sinistri totidem characteribus, utpote 824
Årů 90, Frej 1, Ur 3, Lagr, hoc est 794 annorū circuitu RVNA maximam supremorum Planetarum conjunctionem demonstrat:

ADVLRVNA ope cordis omnia complentis, Hagal, collecta 824 duplicans, majoris con-
Lu: 21:27. junctionis annum 1648, seu venturæ amplexū gloriæ intendit. a priori

Ex septem ASCENSVS characteribus, videlicet Byrgal 500, Tūn 100, Fdr 70, Madr 900, Hagal 30, Sym 10, Tors 5, RVNA annos 1615
collígens, Herorum posuit: Dominæ suæ, ADVLRVNA KVMBL. Heræ

ADVLRVNA ex iis utrumq. terminum (à quo et ad quem) auferens, annos inter Crucifixi, et Gloriæ thronum, 1613 scandentes seu IVDICIVM revelat. compedes

HACTENVS
de generali Consideratione in Cruce compatientis, SEQVITVR Gemina Consideratio et Specialis, de quarundam literarum Selectarum mysteriis.

TIT. III.

## CAPVT V

Est consideratio qvinque vulnerum Sacerdotis, prius Generati dicta.

ᛏ . . . ⁝ . . . ᛚ

ᛘ

ᛁ

ᚢ

Vbi Ůrr pedibus, cum ᚢ compedibus.
ᛏ Tidr manui dextræ; ᛚ Lagr manui sinistræ
ᛘ Man Bipennis radicibus cordis impacta, evidenter conspicitur. Za. 12:10.



## CAPVT VI

De triplicis regiminis administratoribus

ᚢ

ᛉ

ᚦ ᚼ ✱ ᚼ ᚦ

Crucis miserantis partem eminentem, collegit author ex præcedentibus duobus Quinternionibus, Generatis scil. et Generationis, eamque ita disposuit, ut Hagal responderet cæteris paribus ternis: atq; ita Thorus vocaretur Kynshagal, i:e: Jupiter Naturæ Author et servator: Othinus, Nödzhagal, Necessitatis, vel Nådzhagal Gratiæ, Fröja Årehagal Gloriæ dispensatrix diceretur.

Hujus primi meminit Zoroaster, hunc in modum: Deus ingenitus, unicus inventor sanctæ Naturæ.

*Parabolætrinæ, Lucæ 15, triplicati Hagal detegunt.*

*Intellecto item Versu 5 Apoc 10. seu discrimine inter Terram et mare infrà, et cælum supra observato: Indagabitur Naturæ præ cæteris duobus Sublimitas et eminentia:*

## CAPVT VII.

### De Legislatoris Minis conspicuis




*Præfixâ Crucis figurâ, et invariabili serie, conspicitur nervus*

*Arcus novem l̃rarum*

Sagitta 5 Literarum

Scopus est

# ADVL-RVNÆ
## TITVLVS IV
## De Regio Pastoris officio



Regem hunc, non solum stolâ regiâ vestitum et baltheo cinctum, sed et coronâ aureâ fulgente conspicuum; quolibet vestimenti genere ejus suo notarum Quinario signato, depinxit noster Byrgerus.

ADVLRVNÆ

CORONÆ

Primi Quinternionis seu Generantis Characteres ᚠ ᚴ ᚦ ᚬ ᚴ instar Solaris Jubaris fulgentes, ut gemmæ pretiosissimæ impressi sunt.

CINGVLO

Insculptus est medius Quinternio, Generationis symbolum, Literis Argenteis variegatum ut ᛉ ᚼ ᚾ ᛁ ᛅ.


FIMBRIIS

Candidissimæ Togæ, impactæ sunt Literæ Sanguine rutilantes, Quinternionis Generati, ut ᛌ ᛚ ᛒ ᛚ ᛘ instar Rubinorum

Qui cum iudicio legit 10 ✗ Cant. 5, unà cum verss. 12. 13. 16. cap. 19. et ✗ 10 cap 5 Apoc. Item Luc. 23:11. et Mat. 27:28. Et intelligit Jes. 63 primos Versus: Is levi negotio, quem Birgerus noster sic adumbrat, intelliget.



# ADVL-RVNÆ
## TITVLVS V
### De officio Pastoris Judiciali.



Hactenus de singulis 15 Alphabeti literis et seorsim dispositis; Nunc de totâ Alphabeti Serie coniunctim; Quam generali Quinario, trium nimirum Circulorum et geminæ Crucis sub unicâ figurâ, expositam, Vnde cuilibet Literæ sua cedat figura et positura ratio: author persequetur.

Cognito discrimine inter Thronum Agni et Viginti quatuor Seniorum Apoc 4: 2. 14. Dispalescet distinctionis ratio inter praecedentes nostræ Adulrunæ Titulos et hunc ultimum.

Aperto Adulrunę nostræ intimo thesauro autor noster, IVDICIS Supremi Sacrosanctam Essentiam, Opera, et Viscera recrudescentia, oculariter detegere constituit.

## CAPVT I

### De 3 4 et 5 litero Iudice.

Nomen Triliterum invenitur in extimo CIRCVLO, qui linea diametrali et horizontali dissectus est, hoc modo:



Cujus superior semicirculus est Thori: Posterioris semicirculi quadrantum dexter, [rune] Kyn, est tamquam inchoamentū characteris [rune] Froiæ.

Sinister vero [rune] Vr initium Othini [rune] constituit.

Et hæ tres literæ ᚴᚢᚦ, GVD id est BONVS·BONVM. licet sint indivisæ TRIVNITATIS infallibilia indicia: Ita tamen Deus ob assumptam Humanitatem, ordinavit ut NOMEN DEI in omnibus omnino Gentium linguis QVADRILITERVM inveniretur, Arguente id voce primum Hebręa

| | | | |
|---|---|---|---|
| אלוה ELOAH, quæ hisce quatuor literis; | | | |
| Alef Lamed vav et He scribitur, | | | |
| Sic et Syriaca lingva ALAHA. | | | |
| Græca | ΘΕΟΣ | Slavonica | BOEG |
| Æolica | ΣΙΟΣ | Bohemica | BVOH |
| Latina | DEVS | Muscovitica | BOГЪ |
| Hispan· | DIOS | Persica | KODA |
| Gallica | DIEV | Germanica | GOTT |
| Ægypt· | TEVT | Danica 1528 | GVOT |
| Lettica | DEFS | Longobardica | GVOD |
| Tartar· | DEFL | Svethica | ᚠᛡᚢᚦ uti patet ex cippo templi Broensis. |
| Indica | ESGI | | |
| Hetrusca | ESAR | Nunc scribimus GVDH Latinis literis. | |
| Magica | ORSI | | |

Hinc author noster in hoc circulo exteriori et Cruce integra intercalavit literam Idder inter ᛐ et ᛐ super horizontalem lineam prominentem, hoc modo  Ut constaret antiquos Sueones Nomen Dei quatuor Characteribus consignasse scilicet ᚠᚼᛁᚦ, GVID, ut documento est Saxum Balingstadiense in Tiundia, ubi quælibet literarum suo effabili sono gaudet: Hoc Mysterio insuper attento, ut ᚢᚱ, in nomine ᚠᚼᛁᚦ, Mediatoris Divinam naturam: Ita I Idr ejus Humanitatem indigitat. Et, ut istæ duæ intime unitæ sunt in unicâ Mediatoris persona: Ita h et I in unam diphthongum coaluerunt.

Crux illa perfecta, circuli periphaeriâ conclusa reperitur cum in præfato saxo, tum in 40 aliis, in triplici Fulklandiâ, exceptis cæteris extra sitis.

De hujusmodi areæ circuli inscriptis Crucibus refert Sozomenus in Historia Tripartita. lib 6: c2

Tempore Juliani Apostatæ, Paganis Idolothyta mactantibus, apparuisse cruces, animalium extis adhærentes, quibus visis præsagiebant Christiani suam religionem incrementum capturam et duraturam; Cum Circulus fine carens in se semper relabatur, Perennitatis et continuationis sit hieroglyphicum.

De Nomine Quinquelitero.

Duos circulos exteriores ita disposuit author ut unâ cum præfatâ Cruce essent initia certa primi Quinternionis seu Generantis ut ⊤ ⊤ ⌒ ⌐ (, ᚠᚼᚦᛁᚱ, FØDVR. quod in monumentis sepius ᚠᛁᚦᚢᚱ invenitur. Plus jucunditatis et solatij quam πατὴρ, pater, Vatter, Vader fader Pere Padre. et nostrum Far contractum involvit.

Hæc duplicata circulis Crucis figura, in 5 monumentis Uplandicis invenitur.

Observa: ⌐ et ( pertinere ad circulum interiorem, ita ut earum positus sit intra circumferentiam literæ Thori ⌒, unde minori quã cæteræ literæ ubi reperiuntur, pingantur figurâ.

Nota secundo: literas ⌐( in födur ut ER in PATER esse accidentales, radicales autem et substantiales esse FÖD. Proinde rectius pingi födur et fåd-ur quam fudor vel fůdör; Interim moneo ne quis Alphabeti ordinem variet et eum pertur,

turbet, quem posuimus in Titulo primo. ob causam contentam integro capite 4 Tit 3. juxta numerationem, in Prima Iuventutis Christianæ Institutione literaria, anno 1612 Chris. Reusnero impressore, publicatam: Sicut Cæsar Romanus K. Y. Z. literas e numero Alphabeti Latini proscribere non potuit.

Huic Svethici Trismegisti Hieroglyphico, accommodetur illud Ægyptij, cap. 2. in suo Poemandro, hunc in modum disserentis.

Deum colere oportet duobus istis cognomentis, quæ soli competunt illi: Is enim ipsum BONUM est, nec aliud quidquam præter Bonum. Igitur DEUS BONUM, et BONUM DEUS.

Altera Dei appellatio PATER est, ob eam causam quia omnia gignet: Patris enim officium est generare. Talia dicta sunt tibi, o Esculapi, ex quibus Precognitio quædam omnium NATURÆ colligitur.

Hanc Conclusionem æquo animo et attento revolvens; Sequentia de NATURÆ (KYNDZ) eminentia, indagabit.

## CAPUT II
### De iudicis Sceptro triplici.



Circulum medium disposuit author, in sex æquales portiones, tribus diametris æquidistantibus, tamquam tribus Sceptris, quorum centrum seu Nodu

Universi constituit Hagal ✱, a quo literæ Quinternionis Generationis reliquæ ᛉ ᛏ ᛁ ᚼ, suam veram originem venantur.

Quid KNE Generatio, Item Svethicum Not. Ari Kon, ut et duo isti trajectus ✱ ᛁ sibi velint expositum est Tit 2 cap 2 et Tit 3 cap 5.

## CAPUT III

### De Iudicis ultima sententia.

Tertium et intimum circulum artificiose disposuit Author, hoc modo: ut suis trinis semicirculis, cordis figuram referret, et Lineæ duæ transversales Quinternionis Generatis Crucem efficerent. Item tres interiores portiunculæ detribus Generationis lineis, tres mucrones acuminatos exhiberent.

ECCE CRUCEM COR ET CLAVOS IESU!

Hac delineatione noster author, non solum contemplandi originem Quinternionis Generati præsentium ᛁ ᛒ ᛉ ᛘ : Sed insuper plurima detexit Mysteria, utpote; ostendendo:

1 Scientiæ suæ Certitudinem de Pastoris vulneribus: Patris Sinu: et Stolæ fimbria cruore madente, De quibus in Titulis præcedentibus

2 Fiduciam in eundem Pastorem Judicem, Dum nomen suum, Patris sui et officij in ysdem abscōdit.

3 Singularem præfigurationem, ipsissimum mediatorem (Sacerdotem Regem Judicem) sub Caipha ᛁ Herode ᛁ et Pilato ᚴ, olim passurum fore.


4 Condolentiam triplicis mundi, super cruciatibus ipsius Pastoris Hagal. Matt 27:5. Luc: 13:4.

5. Tenorem Sententiæ decisivæ in ultimo judicio.


6. Hanc Cordis Sectionem, fore normam, inveniendi ordinem Septem Sigillorum Apocalypticorum, certissimam, hoc modo:






CAPUT QUARTUM
Continet Conclusionem Tituli huius et totius libelli. de vero ortu et origine cujusque Literæ Alphabeti.




d




Tantum de Literarum Runicarum figura et ejus ortu; Nunc ordo requirit ut de earundem Ordine paucis agamus duplici: Unus, quem author Communiē fecerat etiam Rimerunicis: Is ex primo Titulo inno. tuit: Alter, hic præsens, quem Adulrunæ redi. viva reservaverat, cujus hæc est Compaginatio

( GVID )

födur hägni Sun Tida Byrgr Lagmadr

( DEVS )


PATER Servet filium Titi BYRGERum Legi. ferum.



# ADVL-RVNÆ

## TITVLVS VI

De Vetustissimis Sveorum INSIGNIB.



HACTENVS
De Sveonum Literaturâ,
RVNA:
Restat paucis de eorumdē
ANVR

Initio Majores nostri, exacto inter Ninum Assyriorum et Torastrum Bactrianorum, reges de imperii habenis conflictu, Hoc è toto suo regno expulso, sequaces 2400 familiæ seu Contubernia, inde sibi viam in has Septetrionales mundi plagas, per glaciem sternentes mense Januario (qui à Thore Torsmånod denominatus est), Sedem fortunarum suarum et rerum in Upsalia continentibus primam collocarunt: Hisce australiores et Telgæ viciniores tractui nomen Torne, quod ibi gradum sisterent, indiderunt; Aquilonariores vero et Occidentaliores magis, suos terminos limitaneos Vendel appellavere.

Id temporis, uti prius usu receptum erat, omnes familiæ et cognationes Seniori ut Capiti adhæsert quem suum Altfader quasi Tribunum compellart. Hic paterna et providâ curâ, de suâ suorumque Salute cum temporali tum æviternâ, eos amicitiæ fœdere invicem obstrictos, haud aliter ac Noachus, Melchizedecus Abrahamus et Jobus, ab omni injûriâ et violentia immunes asseruit.

Aucto postmodum numero familiarum, et mansionibus dilatatis, paterna ista directio, Uni, maximè ob senium, molestias creavit intolerabiles: Siquidem nostro Runarum authori, Triplicis Regiminis summa majestas (quæ tria illa insignia officia ab altissimo triplicis diadematis architecto, omnium Saluti vacante accepit) præ reliquis perspecta fuit: Tunc sine dubio, qui Patriæ Pater salutabatur, prædicti Byrgeri vel ejus æqualis consilio, oneris Reipub. levandæ ergó, in

ministerium Sacrorum maxime omnium idoneum elegit, cui Tidgummi vel Supremi Tidman, seu Sacri Flaminis nomen, cum officij potestate concessit.

Omnium vero sagacissimum in ambiguis partium controversijs decidendis judicatum, suas vices impleturum, sibi substituit, qui officij authoritate Drotsetus, id est Vicerex, vel supremus Legifer, nuncupatur.

Hoc pacto regiminis onus, quod antea uni individuum incumbebat, tribus postea communicatum est.

Hac occasione sancitum putatur, quod VPSALIA antiqua, Supremi Antistitis vel metropolitæ, ac Drotseti, uti et ipsius REGIS (qui Drotte vocabatur) sedes fixa et commune receptaculum esset et perpetuum.

Solus autem Pater Patriæ nomen Drotte seu Regis sibi usurpavit, cuius thori consors Regina etiamnum in præsentem usque diem Drotning nuncupata est.

Siquidem ab antiqua fidei Scriptoribus asseritur Thorum Othinum et Freiam, nullibi gentium in mundo, majori venerationis cultu prosequutos fuisse quam Upsaliæ in Tiundia Sveorum, ibidemque cum Religione, sacrum Flaminem divertisse: Ita Upsaliam ab incunabulis gentis, continuâ fere regum Aquilonarium sede et throno claruisse, Unde Reges VPSALIENSES salutati sunt: certo certius est.

Quâ de re Statutum Vestrogothorum vetustissimum M.S. in Tit. Rättlösa balkr sic loquitur:

Sveones regem eligere vel rejicere debet: et eorum sententiæ stabunt omnes Gothi.

Item in Titulo de Rege.

Insula Danica (Danaholmer a Gothis dicta) tripartita

tita est, cujus pars una regi Vpsaliensi; altera Daniæ regi; tertia Noricorum regi cedit.

In publicis eorum conventibus, Rex Daniæ freno equi regis Vpsaliensis manum admovit. Rex Noricorum verò ejus stapedes contrectavit.

Vpsaliam item fuisse supremi Legiferi domicilium, colligere licet ex aliarum gentium Chronicis.

Norvegiæ Chronicon sic articulatur:

Tiundaland est præstantior et populosior ceteris in Suiaveldi i·e· imperio: illuc confluunt omnes regni incolæ. ibi est Vpsala sita, throno regio et cathedra Archiepiscopi clara. Ibi est Ærarium regis famosissimum, Sic enim Possessiones Regis SVETHIÆ Vpsala Auder vocitant. Omnesque alij Legiferi, Tiundiæ Legifero sint inferiores.

Noachicâ divinæ Triunitatis ejusque triplicis regiminis cognitione, apud majores nostros Sveones, ad huc florescente; Rex qui tempore occupatæ regionis, vel paulo post imperavit Non modo regnum Svethiam in TRES FVLKlandias discriminav  Quarum

suum

Prima est TIVNDIA. quasi Decem provinciarum, vel Centuriarum, hundari, ex mille familiarum domiciliis in Vpsaliæ viciniis, Nunc Rumboland, quibusdam Rumboland dicitur.

Altera Attundia quasi 8 hundari, Octo Provinciarum, orientalior et Balthico mari proximior, appellatur Rodzlaget à roda i:e: remigare. Hæc olim proprio Statuto, quod Rodarätt id est Rodensium Jus, dictum est, gaudebat.

TITVL·VI·

Tertia erat Sexundia Sex Provinciarum, occidentalior, ad confinia Vendel et Kolabeck excurrens:

Sed etiam intercedente Drotseti Byrgeri consilio, quamlibet trium Fulklandiarum regio diademate et Corolla donavit; Ut totius Regni Svetbiæ Insignia in perpetuum essent TRES CORONÆ AVREÆ. Idque ut perennem eius rei memoriam fricantes incolæ et cives omnes per reliquam Svethiam, Daniam, et Norvegiam inter cæteros Nos posteros, hisce Folklandüs tribus ortum suum referrent acceptum, Sicut è sequentibus

Etenim nullam regionum arctoarum præter Vplandiam seu Tres Folklandias in HVNDARI seu Centurias discriminatam esse percepimus.

Deinde multiplicato populo, quorum Occidentaliores, in hunc usqz diem vocantur Vestmanni, et eorum Patria Vestmannia: Cui adiectis duabus de Sexundiâ centurüs, restabant quatuor in Vplandiæ tractu, quæ nunc Fiedrundia nuncupatur.

Qui in Austrum diffusi sunt, hodie dicuntur Sudermanni.

Quæ duæ prædictæ provinciæ postea in Heroder, id est, Possessiones tales, quorum quælibet urgente belli necessitate, exercitui sufficeret educendo, partitæ sunt. Interea temporis nomē Hundari inter Vplandos in desuetudinem sensim abiuit.

Hac occasione omnes provinciæ Gothicæ Danicæ et Finlandiæ in Heroder libratæ sunt.

Exceptis Norvegis, qui postea dilatati, suam regionem nec in Hundari vel Heroder, sed in Fylken seu Populorum collectiones distraxerunt.

Termino autem Vendel in Vplandia versus Septentrionem, sub nationis in ~~Hundari vel~~ Heroden libramine, pedem efferre præsumebat nemo: Idque forte ob vanæ, et adhuc in quorundam animis residuæ superstitionis scrupulum, Quod nullum jumentum vel armentum in partes Aquilonares, tamquam vitæ infensas, ultrò citroq; alienetur.

At aucta postmodum multitudine tempore Disæ Reginæ, et urgente immani famis necessitate, ad Helsingicos saltus aratro subigendos compulsi sunt plurimi: Verùm cum inter illos nulla inveniantur Centuriæ seu potius Heroder, omnium novissime contigisse censendum est.

Hoc modo:




Vplandia, suspensâ regni et acceptâ provinciæ formâ, Aureo regali Pomo, cum erectâ crucis figura loco Insignium usa est. Idque ideo, quod olim regni nomine dignata, adjacentium districtuum Mater et Scaturigo veneraretur.

Vplandiam autem olim tripartitam fuisse, arguunt Statuta Vplandica, quibus insertum regis Byrgeri Edictum, hoc modo articulatur:

Omnibus trium Vplandiæ Fulklandiarum inhabitatoribus.

Et sub ejusdem Edicti calce habentur sequentia:

Regiâ et absoluta Majestate severissime inhibemus omnibus Trium Fulklandiarum civibus.

TRIUM verò CORONARUM emblemata, indivisa et propria fuisse regibus Vpsaliensibus INSIGNIA, Argumento nobis est

REGNI SVETHIÆ SIGILLUM Rikzens Klemma dictum

1

## TITUL. VI

Cujus mentio fit in libro Statutorum Regni per Regem Christophorum renovatorum hoc modo:

In quorum evidentiam sigillum nostræ Majestatis, quo u-
timur pro presenti una cum Sigillo regni nostri SVETIÆ
præsentibus est appensum. Datum Stokholmis in cra-
stino Philippi et Iacobi Apostolorum. Anno Dn̄i MCDXL
secundo.

Trium CORONarum Clypeis pro insignibus 1150
Sigillorum usi sunt sequentes Sveorum Reges
Hac in positurâ R Ericus X.

1290 Rex Magnus Ladulås, håc

1395 Margareta Regina et R. Eri-
cus Pomeranus 1396.

ATTENDENDVM
Quoties prædictæ Tres-coronæ regum clypeo
vel areæ Sigilli insinuantur, Toties nomen Svethi-
æ in circumferentia nuncupatim exprimitur.

In priscorum regum Svethiæ
Numismatibus et Tremissibus, cum illi
sint orbiculares et sine Clypeis versa-
biles. Tres istę Coronæ more A-
dulrunæ, ut Vna suprá, duæ
vero infra characterem
dispositæ visun-
tur.

TITVL· VI·

A enim exhibet Tremisses Regis Amundi et Alberti quorum 3 in regni Archivo reservat[r].

B verò 45 tremisses regis Byrgeri ibidem reconditos arguit.

E ostendit 4 tr. regis Erici.

K autem 5 reg Kanuti et Karoli.

M 9 tr· regis Magni.

R 3 tr· regis Ragvaldi.

S 6 tr· regis Sverkeri.

Civitatum Tremisses
sub interregnis.

✠ Vnus tremissis cum cruce mediâ; Vpsaliæ.

cum Turri 60 tremisses Stockholmenses.

16 Tremisses Sigtunenses, cum Rosâ excusi sunt.

Omnibus hisce 157 Tremissibus à tergo, communis est Gothorum Leo, tribus transversalibus lineis, (quæ tres Torrentes plerunq[ue] designant) cum interiectis apicibus distinctus, conspicitur.

Hisce rationum momentis insuper accedunt rerum immobiliumte-stimonia ut sunt, Lapis

MORENSIS

MORASTEN

dictus

Apud quem olim prima Regum Electio et ac-clamatio fiebat homagiaq; præstabantur.

Hic Lapis aliquot annorum seculis in plani-tie et prato Morensi ad occidentem ruris More by, humi jacuit. Cujus locus et aspec-tus lippis etiam, præter oculatos, notissimus, quod nullibi angulorum sive in Gothus sive in Norvegiæ finibus, nisi in Tiundiæ distric-tu situs, unico saltem milliari à nostra Upsaliâ dissitus, reperitur.

TITVL VI

INSCRIPTIO SVPERLIMINARIS templi Cathedralis Upsa liensis,

in quo post hominum memoriam Regum fieri consvevit inauguratio, habet a dextris, Insigne Ecclesiæ Upsaliensis CRVCEM, a capitularibus Theologicæ facultis frequentatam. A sinistris verò exhibet Reipublicæ Upsaliensis vel Regni Svethiæ insigne, non aliud, nisi TRIVM CORONARVM, quod proximè ad Lapidis Morensis accedit effigiem

Addita hac clausula:

Anno Domini MCDXXXI factum est hoc opus.

EXTEROR. SUFFRAGIA
nobis nec desunt, ut,
pote

LIBRI DANORUM

Qui sub eorum Regibus rerum in Svethia summam gerentibus, prelo excusi propalant, Sveorum Insignia esse TRES CORONAS, sicut Danorum Tres Leones, et Norvegorum Leo cum Securi est, ut:

Chronicon Saxonis Grammatici, Anno 1514 Latinè editum Parrhisiis, videantur folia 1. 64. 89. 118. 131. 187. 194.

Chronicon rythmicum Anno 1495 publicatum in quarto.

Idem Liber Statutorum Scaniæ,
rotunde confitetur.

# RVNA REDVX.

Ante Getam referunt quendam duxisse Caballum,
Quo coleret riguum qvippe novale sucum.
Proximus et Gnatus, præsens DAVVS patre nūquam
Mitior, hunc astu vendicat ipse sibi,
Occat et urget Equum stimulis, repetens opus idem,
Hem facinus, tragico syrmate rumpit Equum!
Cumq. Caballus anhelus, onus non ferre duorum
Sessorum valuit, pressus utroq; malo:
Sarcinulas horrens geminas, hinc aëra pennis
Instituit tranare, aliger ipsus erat
At vagus erro locum, vix qvo subsideret ullum
Inveniens, sensim librat ad usq; mare
Tunc aderat præsto Sveonum Lectissimūs ūnūs.
Civis Tiundæ, Sicelidumqve decus.
Hic Nisum tollebat aquis, clavoque reduxit
In Patriam: Panace hic fovit eumq; suâ.
Traditur hinc Nisus, postq; collegerat artus,
Byrgero celebri, qui præerat Themidi:
Drotsetus noscens animal, mox ore rotundo,
Decîdit lites, hocce tenore novo:
Nec Gnati Geticusq; Caballus; néve Nepotis
Est nostri Davi, Nisus et Accipiter,
Gnesios est volucrum princeps Sveonūq; propago,
Ales sublimis, Regia, grata Jovi.
Hocce putas fictum? nequaquam est fabula mēdax
Danica sed Wormi Literatura probat;
Allegat is Valdmarum vatem, qui redituras
In patriam RVNAS, dixerat esse suam:
Dum fatur ad Dacos: Onus imāne ecce duorum
Sessorum fugit è tramite ruptus Equus.
Contra Aquilam fulvam profitetur Sönske Johannes
Rēmo quām valido promovet ipse DEUS.

Örs
Joh. Magnus Hist. lib. 1. c. 7. 16. c. 24.
Ol. Worm. Danica Literatura cap. 11.

Hök
ᚼᚯᚴ

non infimus

Örn

RVNA

AVRN

Videatur Literaturæ Danicæ cap. 11.
In quo Dr Olavus Vormius, Daniæ regis Valdemari de Runarum in Patriam reditu VATICINIUM, introduxit, cui integrum Runarum Alphabetum inseruit hoc ordine:

Hök nisus — ᛔᚱᛅᚾᚴᛏᚱ ᛘᛅᚾᚾᛋ ᚼᛅᚴ ᚠᛚᛦᚦᛁ
ᛏᚢᚢᛁ ᛒᛅᛚᛚ,

Sprängdr ök flyddi tve mans
börda.

Ruptum (ök) jumentum fugit duorum
sessorum (böla) onus.

Cui succenturiatur Johannes Sveo:

ᚠᚢᚦᛁ ᛘᚤᚾᛏᛅ ᚼᛁᛅᛚᛘᛒᛁᛦ
ᚠᛅᚱᛏ.

Vulgus legit:
Guds mynde hiälmpir
fört.
DEI REMUS PROMOVET.
Sed autor legit:
Guds mynde hiälmpi ᛦ fört.
Dei remus promoveat
AQUILAM.
(ᛦ · ᛅᛏᛚᛅ · AVRN)
RUNAm.



finis

29 Maj. 1662.

